Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

sum. et c. Glo. i. spiritus scs. sine gra
cia spus sancti. obumbrabit tibi.
i. refrigerabit te. fomitem extinguen
do. Vnd augustinus. superueniens
spus scus. in uirginem et mentem
illius a sordibus. uiciorum casti
gauit. et contra omnia incentiua
uiciorum muniuit. Item. Obum
brabit tibi. s. contra omnem. tri
bulacionem protegendo. Vnd interli
nearis. Dabit tibi umbram contra
omnem tribulacionem. Glo. ab
scondet te in egiptum fugientem. Item.
obumbrabit tibi. i. secretam hanc
generacionem. in te sola consciencia
cia. operabitur. *Vnde bn.* Quis
excepta illa sola. que ipse hec me
ruit. experiri intellectu. capere possit.
qualiter splendor ille inaccessibilis.
uirgineis sese uisceribus. infuderit.
et qualiter illi luci inaccessibili. de
se obumbraculum fecerit. Illi enim
soli datum est nosse experiri. Item ob
umbrabit. i. obiectione carnis. um
bram faciet tibi. ut possis sustine
beda. lumen. Virtus altissimi. obumbra
bit dum incorporea lux diuinitatis
corpus in ea suscepit. humanitatis
beda. ut sic deum posset pati. Item uirtus
altissimi obumbrabit. tibi. Glo. Vm
bra fit a lumine. et corpore. cum quod
libet obumbraculi genus. inter nos
et solem opponimus. quo lucem eius
tollerabiliorem reddamus. Itaque lux
incorporea diuinitatis. in natura
sua inuisibilis. ut quoque modo
posset uideri. substancia. infirmita
tis nostre uelamen. i. humanam na
turam assumpsit in uirgine. et hoc
est quod. dicit. Spus scs superueniet
in te. i. donum sci spus. inestimabi
le. nona. s. gracia. et singulari con
feretur. tibi. et ita ipse spus scs.
cuius est omnia bona distribuere
et conseruare. atque optimo fine
confirmare. obumbrabit quasi
obumbraculum. uidelicet corpus hu
manum. de carne tua formabit.
splendore lucis eterne. hoc est dei sa
piencie. et hoc fiet tibi. i. ad immen
sam graciam. tui. que preceteris
illuminabis. Ideoque quod nasce
tur ex te sanctum. *Bn.* Attende
quam reuerenter dixit anglus. quod
nascetur ex te sanctum. Vt quid. n.
simpliciter. dixit sanctum absque ad
ditamento. Credo quia non habu
it. quod proprie digneue nomina
ret. illud eximium. illud magnifi
cum. illud reuerendum quod de purissima
sima uirginis carne. cum sua anima
unigenito patris. erat uniendum.
Si diceret sancta caro. uel sanctus
homo. uel sanctus infans. quicquid
tale poneret. parum sibi dixisse ui
deretur. Posuit ergo indefinite sanctum.
quia quicquid illud sit. quod uirgo
genuit. sanctum procul dubio. ac
singulariter. sanctum fuit. et per
spus sanctificacionem. et per ubi as
sumpcionem. et per aliorum sanctifi
cacionem. Item quod nascetur ex
te sanctum et c. *beda.* Nos et si
sancti efficimur. non tamen sancti
nascimur. Dicente propheta. Ecce in
iniquitatibus conceptus sum. Iesus
uero singulariter. sanctus natus
est. quia ex commixcione carnalis copu
le. conceptus non est. Dixit autem
maria. *Bernhardus.* Quando auditum